

lo qual decimos, que debemos absolver, y absolvemos al dicho Fulano apelante de lo contra el pedido, y demandado. Ansi lo pronunciamos, y mandamos por esta nueftra sentencia, sin costas, juzgando.

16. Circa prædictam leg. 7. tit. 18. lib. 4. Recop. erit videndum, an Decuriones possint cognoscere de majori summa decem mille marapetriorum: in quo articulo dicendum est, Decuriones non posse, (i) nisi ex consensu tacito, vel expreso; (j) hujus contrarium re-

solvit Joan. Gutierrez, (k) & Azevedus. (l) Similiter sententia Decurionum lata super majori summa decem mille marapetriorum non valet usque ad illam summam. (m) Nec obstat text. quod *utile per inutile non debet vitari* (n) nam ibi procedit in rebus dividuis, non autem in individuis, (o) ut est iudicium: (p) 18. quod est verum, nisi sententia contineat diversa capitula: nam tunc in capitulis non excedentibus summam, de qua Iudex cognoscere potest, sententia valet, & tenet. (q)

(i) In leg. fin. ff. de Jurisdic. omni. jud.

(j) Ut in leg. de Qua re, §. Iudex, ff. de Judic. & ibi Paul. Caltren. in fin.

(k) In Tract. de Juram. confirm. 3. part. cap. 5. n. 10.

(l) In Tract. de Curia Filana, lib. 4. cap. 6. an. 30.

(m) Secundum glossam fin. in leg. fin. Cod. de Re iudicat.

(n) Ut in leg. Sancimus, Cod. de Donat.

(o) Secundum Bartol. receptum communiter in leg. fin. ff. de Jurisdic. omni. jud.

(p) Ut in leg. in hoc iudicio, ff. Famil. erisc.

(q) Arg. text. in leg. Etiam, §. 1. ff. de Minor. & Joff. ibi num. 17.

FINIS SEXTÆ PARTIS HUIUS PRIMI TOMI.

SEPTIMA PARS,

HUIUS PRIMI TOMI.

DE FORMA, ET MODO PROCEDENDI
in secunda supplicatione cum poena mille quingentarum duplarum.

EX CAPITE UNICO SUMMARIÆ.

- 1 Summa, & divisio tractatus secunda supplicationis.
- 2 Supplicationis secunda definitio.
- 3 Supplicationem secundam qua persona interponere possint.
- 4 Supplicatio secunda non est admittenda à procuratore non habente speciale mandatum ad eam interponendam.
- 5 Procurator habens mandatum non potest aliquid facere, ex quo dominus ejus ad poenam obligetur.
- 6 Procurator habens mandatum ad lites, & causas, & ut possit appellare à quacunque sententia, non poterit appellare ab executione, nisi habeat speciale mandatum ab ea appellandi.
- 7 Quorvis procurator ad omnia, qua speciale mandatum requirunt, constitutus sit, secundam supplicationem interponere non poterit, etiam si in mandato expressum sit, quod de calumnia, & veritate dicenda juret.
- 8 Si procuratori in mandato datur facultas aliquid agendi, ex quo major poena mille quingentarum duplarum incurri possit, tunc admit-

tetur, etiam ad interponendam secundam supplicationem.

9 Procurator non admittitur ad interponendam secundam supplicationem, etiam si in mandato expressum sit, quod eam interponere possit, & dominum poena subdere, nisi persona adversa, & causa in mandato specificentur.

10 Procurator ab executione appellare non potest, absque speciali mandato ab ea appellandi.

11 Procurator constitutus, etiam cum libera, & generali administratione honorum, secundam supplicare non poterit.

12 Si legitimus procurator ad interponendam secundam supplicationem intra viginti dies non doceat de mandato, ad hoc ejus mandatum sufficet, & supplicatio admittenda est, si postea doceat.

13 Procuratori, qui in præfixo sibi termino adversus electum crimina objecit, non nocet, quod intra illum terminum de mandato propter oblivionem non docuerit, dum tamen illud postea producat.

14 Procurator certioratus de mandato, licet illud non receperit, pro mandante agere poterit.

15 Certificatio mandati, & non ejus receptio, seu presentatio opus est, ut quis officium procuratorium exercere valeat.

16 Quando quis litigat, tanquam procurator, & non producit mandatum, quod re vera habebat, valet iudicium, si producat, parte adversa petente.

17 In dubio an appellatio sit deserta nec ne, desertam non esse, pronuntiandum est.

18 Ponderatur leg. 1. tit. 20. lib. 4. Recopil.

19 Conjuncta persona absque mandato speciali non admittenda, ad interponendam secundam supplicationem.

20 Conjunctus non admittitur ad ea, qua speciale mandatum exigunt, sine illo.

21 Si conjunctus ratam habeat intra viginti dies supplicationem à conjuncto interpositam, & cetera qua circa eam fecit, secunda supplicatio locum habebit.

22 Supplicationi secunda locus est in causis ceptis in Consilio Regio, & Chancellariis.

23 Per novam litem, & petitionem, & non alio modo, debent cause incipere in Regiis Consiliis, & Chancellariis, in quibus locum habeat secunda supplicatio.

24 In casibus Curia dicitur cepta petitio in Consilio, seu Chancellariis.

25 Verba leg. Regie civili modo intelligenda.

26 Si causa de facto incipiat in Consilio Regio, seu Chancellariis, habebit etiam in ea locum secunda supplicatio, secundum Avendan.

27 A sententia confirmatoria lata per Consilium Supremum, per quam confirmata est, qua lata fuit à Judicibus Curia Alcaides de Corte, non posse secundo supplicari praxis observat, licet Gregor. Lupo aliud de jure videatur.

28 Caute Advocati consulunt clientulis, ut reos coram iudicibus Curia conveniant, ut secundam supplicationem evitent.

29 Reo convento coram inferiori Judice, & litem præ timore leg. contestante, & prosequente declinatoriam, usque quo causa ad Supremos Consiliarios remittatur, poterit apud eos locum esse secunda supplicationi, non obstante lite contestata coram inferiori.

30 Per litem contestationem coram Judice competenti factam, non dicitur lis ibi cepta.

31 Prescriptio non interrumpitur per litem contestationem coram Judice incompetenti.

32 Litis contestatio invalida non excludit terminum dilatoriarum, nec jurisdictionem perpetuat.

33 Supplicationi locum non esse, contra Avendam. verius videtur, in causa, cujus petitio cepta fuit coram inferiori Judice, & deinde per appellationem, aut remissionem ad Curiam causa fuit devoluta, & ibi retentus processus, & prima, & secunda fertur sententia.

34 Secunda supplicatio non est admittenda, quam interponit is, qui habet privilegium, ut in Curia conveniri debeat, & conventus coram inferiori Judice litem contestatus est, cujus jurisdictionem ad ejus petitionem Superiores postea sibi advocarunt, nisi coram Inferiori conventus protestationem obtulit.

35 In causa cepta coram Supremis Ordinibus Consiliariis non esse locum supplicationi, verius videtur, & ita præficatur.

36 Consilium Ordinum non est Regium.

37 Hispaniarum Rex perpetuus est Militarium trium Ordinum Administrator.

38 In causis ceptis in Audiencia Gallecia, & Canarie non est locus secunda supplicationi, & quid in Audiencia Hispanensi observetur, traditur.

39 In causis Nobilitatis agitatis coram Judicibus Nobilitatum, non admittitur secunda supplicatio.

40 Nobilitas genere, vel tempore acquirenda, non estimatione nummaria.

41 Secunda supplicatio admittenda, etiam in causis ceptis in Consilio de Contaduria.

42 Consilium de Contaduria Consilium Supremum dicitur.

43 Consilium de Contaduria super vectigalibus, gabelis, & redditibus Regiis judicat.

44 Expenditur leg. 5. tit. 12. lib. 2. Recopilat.

45 Exclusio generalis remedium intelligitur de his, qua jure ordinario competunt, & non extraordinario, & speciali.

46 Lex exclusiva remedium loquens per verbum universale Nullum, non censetur excludere remedium speciale alia lege indutum.

47 Dispositum in leg. 5. tit. 12. lib. 2. Recop. quid operetur.

48 In causis ceptis coram Judice, vulgo dicto de Vizcaya, admittitur secunda supplicatio.

49 In causis inchoatis in Audiencia Indiarum admittitur secunda supplicatio.

50 Audiencia Indiarum suas proprias habent Ordinationes, & quando in eis aliquid non reperitur decium, recurritur ad modum procedendi, qui Pincia, & Granada observatur.

51 In Audiencia Indiarum interposita secunda supplicatione, non superfedetur executio; prout in Hispania.

52 In Audientia Indiarum in causis possessoris nunquam admittitur secunda supplicatio.

53 In Cancellariis Indiarum, ut sit locus secunda supplicationi in causa proprietatis, proprietatis decem mille pelos de oro tangere, vel excedere debet.

54 Qui apud Indos secundam interposuit supplicationem, debet coram Rege comparere intra metam unius anni à tempore notificationis sententia.

55 In partibus Indorum, qui secundo supplicat, nec poena alicui se subdit, nec fideiussorem praestat.

56 Exceptis quinque differentiis congestis supr. à num. 51. inter Audientias Indiarum, & Hispania circa interpositionem secunda supplicationis, in omnibus aliis similis ordo observandus erit inter caedem.

57 In causis ceptis in Consilio Supremo Indorum locum esse secunda supplicationi (servata omni modo forma, quae in Supremo Regali observatur) juri consonum videtur, & praxis observat.

58 Consilium Supremum Indorum Consilium Regium est, & ab eo nullus recursus ad aliud relictus est.

59 Lis quando cepta dicatur, expenditur.

60 Quae sit verior resolutio, circa quando lis cepta dicatur.

61 Ut secunda supplicationi locus sit, lis dicitur cepta per lis contestationem.

62 Litem non dici ceptam in Consilio Supremo, seu Cancellariis ab actibus, & petitione, quae ibi sunt, sed à litis contestatione, contra Avendanium defenditur.

63 Causa debet esse ardua, ut in ea locus sit secunda supplicationi.

64 Causa ardua dicitur, quae in proprietate tria millia duplarum, in possessione sex millia excedit, nulla facta summarum coactione.

65 Resolvitur, quando, si unus actor agat contra plures reos diversarum summarum, quae de per se non attingunt trium millium duplarum valorem, & eorum aliquis supplicavit secundo suo nomine & consortium, pro sit etiam ceteris correis, & sit bene supplicatum.

66 Causa non solum ardua, sed & continens rem aestimabilem tribus millibus duplarum auri de cabeza debet esse, ut in ea locus sit secunda supplicationi.

67 Plures causae arduae reputantur, in quibus non est locus secunda supplicationi, ut causae criminales.

68 In causis nobilitatum non est locus secunda supplicationi.

69 In causa super privilegio exemptionis tributorum aestimabilis, & arduo secunda supplicatio est admittenda.

70 In causa super diversis juribus jurisdictionis, quae simul juncta excedunt debitam summam, potest, & debet admitti secunda supplicatio.

71 Causa super jurisdictione, absque aliqua taxatione semper ardua censetur, ut in ea admittenda sit secunda supplicatio.

72 Specie posita, & genus necessario ponitur.

73 Cognitio generis debet precedere cognitionem specierum.

74 Posito genere, & eius species apposta censetur, saltim affirmatived.

75 Valor causae, in qua potest interponi secunda supplicatio, attendendus tempore petitionis, quo tempore causa jam ardua esse debet, nec sufficit, quod tempore sententiae creverit.

76 Valor unius duplae de cabeza est ejusdem valoris cum Castellano, qui sexdecim argenteis constat.

77 Valor trium millium duplarum auri de cabeza reducitur ad quadragesima octo millia argenteorum, & ad quatuor millia trecenta sexaginta quatuor ducatorum, quatuor argenteis exceptis.

78 Sex mille duplae de cabeza conficiunt nonaginta sex millia regalium, & octo millia septingenta viginti octo ducatorum, exceptis argenteis octo.

79 Mille quingenta duplae de cabeza conficiunt numerum viginti quatuor millium argenteorum, quibus Castella hoc tempore utitur, & ducatorum duorum millium centum octuaginta sex, duobus argenteis exceptis.

80 Ut secunda supplicatio interponi valeat, opus est duas diffinitivas sententias latas esse, nec sufficit, si interlocutoria sint vim diffinitivarum habentes.

81 Sententia interlocutoria quae dicatur.

82 Sententia interlocutoria habens vim diffinitivae quae sit.

83 Verius est, sententiam super possessoria diffinitivam esse.

84 Intellectus ad text. in cap. 2. & cap. Cum venissent, ille, de Ord. cogn. hic, de Intitut.

85 Intellectus ad leg. 8. & 9. tit. 20. lib. 4. Recop.

86 In causis criminalibus non admittitur secunda supplicatio.

87 Quando principaliter aliqua causa criminaliter intentatur coram Consilio Supremo, & incidenter petitur ratione hujus interesse aliqua magna summa trium millium duplarum ratione hujus interesse, admittendam secundam suppli-

cationem, contra Avendan. defenditur.

88 Appellatio, vel in integrum restitutione aliquo statuto sublatis, in criminalibus, censetur sublata respectu principalis causae, & non respectu emergentis.

89 Expenditur text. in leg. 3. tit. 20. lib. 4. Comp. in fin.

90 Qui principalis causa non potest esse Judex, non poterit & accessorii, quando par ratio impotentia militat in principali, quae militat in accessorio.

91 Super liquidatione fructuum prima, & principalis sententia cadit secunda supplicatio, si causa liquidationis summam trium millium duplarum excedat.

92 Supplicatio secunda intra viginti dies à die notificationis sententiae de Revilla est interponenda, & contra eorum lapsam non datur restitutio, contra Didacum Perez.

93 Supplicans secundo tenetur intra viginti dies publico instrumento se obligare, & cautionem sufficientem praestare coram Auditoribus Regiis, à quibus interposita fuit supplicatio, alias non auditur.

94 Procurator etiam Fisci secundo supplicans obligationem, & fideiussionem conficere tenetur, eo discrimine inter privatum, & Fiscum constituto, quod procurator Fisci duntaxat ad mille duplas solvendas se, & fideiussores obligat.

95 Supplicans secundo, si pauper reperitur, non compellitur cautionem aliam, quam juratoriam praestare.

96 Qui secundo supplicans, & intra viginti dies se obligans, & cautionem praestans non exhibuit intra eos instrumentum obligationis, & fideiussionis, non admittendus erit, si post eos exhibeat.

97 Qualitas verbo adjuncta regulanda secundum tempus verbi.

98 Forma à lege data ad aliquem actum servanda, alias actus erit nullus.

99 Habens mandatum, ut rem de Abolengo retrahere valeat, & intra annum petens rem retrahi, & non docens de mandato nisi post annum, non erit admittendus, elapso anno intra quem non docuit de mandato.

100 Doctrina Speculatoris, tit. de Procurator. §. 1. num. 18. vers. Sed si receptum, qualiter intelligenda.

101 Si supplicans secundo dedit fideiussores intra viginti dies, quos Auditores, quia non idoneos, repellerunt, & alios post viginti dies dari preceperunt, non admittitur ad secundam supplicationem, nec per Auditores id fieri potest.

102 Doctrina Baldi in leg. 1. in princip. de Fide instr. quo modo accipienda.

103 Supplicationem secundam illius, qui supplicavit, & se obligavit, & satisfactionem dedit, non prodest adversae parti non supplicanti, si sententia in melius reformetur, praxis recepit; licet de jure contrarium defendatur.

104 Supplicans, parte quae non supplicavit etiam reluctante, à supplicatione secunda recedere valet.

105 Appellatio ab uno interposita non appellanti etiam prodest, si simpliciter interponatur.

106 Appellatione victoris deserta, potest victor victi appellationi adhaerere, & inde sua desertioni remedium quaerere.

107 Actor bis appellans, si reus postea appellet, admittitur ex persona rei etiam tertio appellans, quamvis tertio appellare regulariter prohibitum sit.

108 Appellatio, & supplicatio parificatur, ubi contrarium dispositum non reperitur.

109 Ratio leg. 1. tit. 20. lib. 4. Compil. requirentis obligationem, & fideiussionem in secunda supplicatione, quae fuit.

110 Adversus lapsum viginti dierum, intra quos quis se obligare, & fideiussionem praestare tenetur, non datur restitutio, quod contra Didacum Perez defenditur.

111 Secunda supplicatio, obligatio, & cautio coram Auditoribus, à quorum sententia supplicatur, interponenda sunt.

112 Late data sententia conformes super alicujus rei proprietate executioni mandanda sunt, cum fideiussione, quod si retractentur, res cum fructibus reddetur, non tamen secunda supplicatio deneganda.

113 Intellectus leg. 1. in fine, tit. 20. libro 4. Recop.

114 Si super alicujus rei possessione, data conformes proferantur sententia, per Auditores non admittitur amplius secunda supplicatio, sed mandantur executioni, cum fideiussione, quod, si in proprietate obtinuerit adversarius, sibi reddatur rei possessio.

115 Ponitur ratio discriminis inter proprietatis causas, & causas possessionis, quoad interpositionem secunda supplicationis.

116 Latis duabus etiam non conformibus sententis super possessione alicujus majoratus, non admittitur secunda supplicatio.

117 Si duabus conformibus sententis latis super proprietate, quis voluerit supplicare secundo, admittitur cum cautione, sed non super sedetur executioni: & est intelligendum de sententis omnimodo conformibus, alias in ea parte, quae fuerint disformes, executioni erit super sedendum.

118 Quando data sententia conformes dicantur.

119 Princeps, qui Ordinario Judici præcipit aliquid ab eo fieri, & observari pro forma, cum facit Delegatum, quamvis illud facere possit ex sua jurisdictione ordinaria.

120 Sententia secunda, quæ aliquid addit, aut à prima detrahit, non dicitur conformis, si in prima, nec tacite, nec expresse de additione, aut detractioe aliquid actum fuerit.

121 Secunda supplicatio ad Regem dirigen- da est, & interponenda.

122 Supplicans secundo tenetur coram Rege, vel Regni Delegatore intra quadraginta dies comparere cum testimonio sua supplicationis, alioquin supplicatio deserta efficitur.

123 Adversus lapsum quadraginta dierum, intra quos secundo supplicans coram Principe tenetur se representare, datur ex justa causa restitutio.

124 Causam secunda supplicationis Rex quinque ex suis Supremis Auditoribus committit; ex quibus est aliquis decedat, ceteri ad determinationem procedunt.

125 In secunda supplicatione ex eisdem actis processus procedendum, nec aliquid ultra admittendum.

126 In causa secunda supplicationis statim procedendum, & ea omnibus anteponenda.

127 Licet in causa secunda supplicationis novæ allegationes excludantur, non sunt excludenda, quæ de novo emerferunt, dum id pars iurejurando asserat.

128 Sententia de Revista confirmata in secunda supplicatione, supplicans pœna, cui se obligavit, etiam condemnandus erit, & applicabitur Fisco, parti, & ipsis Auditoribus, qui sententiam protulerunt de Revista.

129 Judices deputati ad causam secunda supplicationis supplicantem, qui non obtinuit, minime à pœna mille quingentarum duplarum absolvi possunt: pro qua, & pro principali Executoria Littera in Cancellaria expedienda sunt.

130 Si secunda sententia de Revista confirmata non fuerit per Judices secunda supplicationis, tunc Executoria coram eis decernenda sunt, & non in Chancerya.

131 Licet in totum sententia de Revista fuerit confirmata per Judices secunda supplicationis, pœna solvenda est: licet in fructibus, aut expensis modificata, aut correctâ sit.

132 Moderamen respectu fructuum, aut expensarum in secunda supplicatione tanti habitum, quod propter ipsum solum liceret secundo supplicare, liberat supplicantem à pœna mille quingentarum duplarum.

133 Secundo supplicans, nulla incurfa pœna, potest à supplicatione recedere ante lapsum trium mensium, post vero non, nisi pœnam exolvat.

134 Super dubio, an secunda supplicatio admittenda sit, nec ne, Judices ad eam deputati inquirent, & judicabunt.

135 Quando dabitur, an admittenda sit appellatio, cognitio ad Superiorem spectat, ad quem appellatum exiit.

136 Leg. 5. tit. 20. lib. 4. Recopilat. enucleatur.

137 In dubio, an admittenda sit supplicatio, nec ne, ei locus esse, discernendum est.

138 Princeps ex plenitudine sua potestatis requisita ad secunda supplicationem pro forma, in aliam formam mutare poterit.

139 Leg. 4. tit. 24. Part. 3. ubi expendatur.

140 Forma interponenda secunda supplicationis, & Hispanæ eam concipiendi.

141 Supplicationis secunda danda copia alteri parti.

142 Pars, quæ non supplicavit, contra eam, quæ secundo supplicavit, ab ea præstitam cautionem sufficientem non esse, solet objicere coram Auditoribus, à quibus supplicatio interponitur.

143 Super articulo, an sufficienter cautum sit ab ea parte, quæ secundo supplicavit, admittitur supplicatio.

144 Remissio decima posita in fin. tit. 19. lib. 4. Recopil. intelligitur.

145 Pars quæ secundo supplicavit, si ab adversa opponatur, fidejussores minus idoneos, curet intra viginti dies idoneos dare, vel quod sententia terminetur, eos, quos præstitit, idoneos esse, alias post viginti dies, nec etiam Auditoribus præcipientibus, eos prestare poterit.

146 Finito articulo super fidejussione danda ab eo, qui secundo supplicavit, si ab ipsa Secretario petit testimonium sua supplicationis, & obligationis, & fidejussionis, quod sibi statim concedit.

147 Forma, quæ secundo supplicans debet coram Regia Majestate comparere, & quid ab ea petere.

148 Comparenti in gradu secunda supplicationis coram Rege, quid respondere solet, & qualiter ultra procedendum.

149 Ab eo quod discernunt Regii Auditores (quibus causa secunda supplicationis commissâ est) circa articulum, an locus sit supplicationis, vel non, non admittitur supplicatio.

150 Quæ circa materiam secunda supplicationis Auclor scripsit, cum Prædictis, & Advocatis peritis consulit.

CAPUT UNICUM.

1. POST appellationis, & primæ supplicationis Tractatum, non incongruum erit secunda supplicationis cum pœna mille quingentarum duplarum Tractatum describere, prout polliciti fuimus supra: (a) qui Tractatus per quam utilis, necessarius, praxique accomodatissimus erit: in quo discernendum erit de his, quæ frequentius usu forensi accidunt. Pro cuius perfectâ cognitione in primis dicendum erit, quid sit secunda supplicatio: secunda, quæ personam illam interponere possint: tertio, quæ requirantur, ut secunda supplicationis locus sit: quarto, coram quibus, & ad quem proponi debeat: ultimo, quo ordine, & forma in ea procedendum sit, & de aliis in materia necessariis.

2. Ad primum dicendum est, me hæcenus non reperisse definitionem secunda supplicationis ab aliquo descriptam, licet in genere, quid sit supplicatio describatur in leg. 1. tit. 24. Part. 3. quo in loco Gregor. Lupus ex dictâ lege colligit, quod supplicatio est petitio Principi porrecta, ut rigor iustitiæ reparetur: aliam definitionem ibi ponit Montalvus, & aliter Did. Perez. definit, (b) ex quibus tamen non cognoscitur, quid sit hæc secunda supplicatio, de qua agimus. Unde exillimo sic posse aptius definiri, scilicet, quod est petitio Principi porrecta, per quam datur regressus ex eisdem actis processus contra iudicatum in prima supplicatione; quod per appellationem, nullitatem, seu aliud remedium ordinarium retrahari nequit: & de hac secunda supplicatione agit integer tit. 20. lib. 4. Recop. & aliqua de ea tradit Avendanius, (c) & Didac. Perez. (d)

3. Ad secundum dicendum est, quod supradictam secunda supplicationem interponere possunt ipsæ partes gravamen sentientes, ut probat leg. 1. tit. 20. lib. 4. Recop. ibi: Queremos, que la parte, que se finriere agravada, &c. quam etiam poterit interponere procurator, ut ex dictâ leg. 1. colligitur,

ibi: O en cuyo nombre fuere supplicado, &c. 4. dummodo talis procurator habeat speciale mandatum ad eam interponendam: (e) 5. qui intellectus ex eo suadet, quod procurator habens generale mandatum non potest aliquid facere, ex quo dominus ejus ad pœnam obligetur: (f) 6. & hinc docuit Angelus, (g) quod licet procurator habeat mandatum ad lites, & causas, & ut possit appellare à quacumque sententia interlocutoria, seu definitiva, non tamen poterit appellare ab executione, nisi habeat speciale mandatum ab ea appellandi, ex eo nempe, quod si appellet ab executione, & succumbat, incidet in pœnam quinquaginta librarum argenti, juxta text. in leg. Ab executione, Cod. de Appell. ad quam pœnam obligare non potest dominus ex supradictis: quibus relinquatur, quod si procurator sine speciali mandato hanc secunda supplicationem interponat, admittenda non erit, ne per eam dominus obligetur, & possit incidere in pœnam mille quingentarum duplarum, quæ imponitur supplicantibus, & non obtinentibus in dict. leg. 1. tit. 20. lib. 4. Recop. Et ita praxi receptum est, procuratorem non admitti ad interponendam hanc supplicationem, nisi speciale mandatum ad hoc habeat.

7. Quod etiam extenditur, & si in mandato à domino dictum sit: Et te constituo procuratorem ad jurandum de calumnia, & veritate dicenda; & generaliter ad omnia ea, quæ speciale mandatum exigant: nam virtute talis clausulæ non potest procurator facere graviora expressis in ipso mandato. (h) Unde, cum gravius sit interponere hanc supplicationem, & dominum prædictæ duplarum pœnæ subdere, quam præstare juramentum de calumnia, non est extendendum mandatum ad illud, quod gravius est. (i) 8. Hinc verum erit, quod si in mandato daretur facultas procuratori aliquid agendi, ex quo dominus possit incidere in majorem pœnam, seu æqualem pœnæ dictarum mille quingentarum duplarum, tunc procurator vigore talis clausulæ admitteretur ad interponendam hanc secunda

(a) In 6. Part. hujus 1. Tom. in §. Sententia definitiva en Revista in fine.

(b) In leg. 25. tit. 3. lib. 2. Ordinam. in gloss. 2.

(c) In Tract. de Secunda supplicatione.

(d) In dict. leg. 25. tit. 3. lib. 2. Ordinam. in gloss. 2.

(e) Ita sentit Avendan. in dict. Tract. de Secunda supplicat. n. 14. Monterr. in sua Præc. Tract. 5. cap. 8. in princ. ibi: 7. poder especial.

(f) Juxta text. in Clem. Non potest, de Procurat. firmat Bartol. in leg. Si procurator n. 7. & ibi Jaff. n. 5. ff. de Causis. indeb. Bartol. per text. ibi in leg. 3. §. Si procurator.

(g) & ibi Alexand. ff. Quod quisque juris. Felin. in cap. 1. n. 8. post Panorm. de lite non contesti. & in cap. Quod consultationem, de Re judic. & Avend. in dict. Tract. n. 14. col. 1. in fine.

(h) In leg. Ab executione, col. 4. ff. de Appell. quem sequitur Fel. in dict. cap. 1. & in dict. cap. Quod consultationem, n. 21. Jaff. in leg. Invenit, n. 5. Cod. de Procur. & in dict. leg. Si procurator, n. 10.

(i) Juxta text. in Clem. Non potest, de Procurat. & non supr. diximus in 4. Annot. totius Operis, n. 16.

(j) Juxta text. in dict. Clem. Non potest.

dam supplicationem.

9. Rursum extenditur, procuratorem admittendum non esse ad interponendam hanc secundam supplicationem, etiam si in mandato specialiter expressum sit, quod possit interponere supplicationem a quacumque sententia, etiam cum poena, & satisfactione mille quingentarum duplarum, & earum poena, & obligationi dominum subdere, nisi specialiter causa ipsa, & persona adversa in mandato specificetur, & exprimat: quia quando requiritur speciale mandatum principaliter in favorem adversarii, qui dubitat, ne forte postea dominus reverfus dicat, se non intellexisse dare ad illud speciale mandatum, necesse est, quod exprimat singulariter, & fiat in individuo mentio causae, & personae, (f) ideo exigitur expressum mandatum, ne dominus postea dicat, se non sensit de ista causa, & evitet poenas positas in cap. 1. §. 1. de Elect. in 6. & adversarius damnificetur: ita concludit Bartolus. (k) 10. Et fulcitur haec opinio ex doctrina Angeli, (l) qui docet, quod, ad hoc quod procurator nomine domini ab executione appellare possit, opus est sibi specialiter mandatum: nec sufficit, si in eo dicatur, quod ab omni sententia definitiva, aut interlocutoria appellare possit; sed expressim in specie danda est procuratori facultas appellandi ab executioni: (m) idem ergo dicendum erit in hoc casu, cum sit eadem ratio, & idem periculum versetur, ut supra dictum est.

11. Insuper extenditur, etiam si procurator constitutus sit cum generali, & libera administratione bonorum, adhuc enim hanc secundam supplicationem interponere non poterit, quia non censetur talis administratio concessa, ut dominum ad poenam obligare possit, nec id in tali generali mandato includitur, (n) ad quam poenam, prout diximus, procurator cum libera administratione obligaret dominum, si hanc secundam supplicationem interponeret; ergo eam interponere non

poterit, quantumcumque generale, & liberum mandatum, & administratio sibi concessa sit, & ita practuratur.

12. Advertendum tamen est, quod si procurator habens huiusmodi speciale mandatum sufficiens ad interponendam secundam supplicationem, compareat, & eam interponat, & obligationem domini, & satisfactionem ad poenam exhibeat coram iudicibus intra terminum viginti dierum concessum a dict. leg. 1. tit. 20. lib. 4. Recop. non tamen intra illud tempus mandatum domini producat, sed postea, elapsis viginti diebus, de eo doceat, adhuc mandatum sufficiens erit, & eius supplicatio admittetur: non enim necessum est, intra illum terminum mandatum exhibere. 13. Quae opinio probatur arg. text. in cap. 1. de Elect. lib. 6. ubi dicitur, quod si quis, tanquam procurator alicujus, in termino sibi praefixo criminis adversus electum objecerit, & intra illum terminum de mandato, quod jam habebat, non docuerit, quia forte non venerat sibi in mentem, non nocet ei, dum tamen mandatum postea producat. (o)

14. Secundo, praedicta opinio suadetur, quia si procurator certior factus sit a domino de mandato, licet ipsum non recipiat, poterit officium procuratorium exercere. ex doctrina Bartoli: (p) 15. & ita certificatio mandati, & non receptio requiritur, seu presentatio.

16. Item & tertio, praedicta opinio probatur ex eo, quod quando quis litigavit, tanquam procurator alicujus, & non produxit mandatum, si vera illud habebat, valet iudicium, & tenet, dummodo producat, si a parte adversa petatur. (q)

17. Quarto, facit pro dicta opinione, quod quando dubitatur, an appellatio sit deserta, nec ne, & pro utraque parte rationes urgent, Juxta in dubio pronuntiare debet, deserta non esse. (r) Pari etiam modo, in hoc dubio, an esset necessarium presentare mandatum intra viginti dies, iudicandum esset, non esse necessarium, si procurator mandatum producat, si a parte adversa petatur. (q)

(f) Ut colligitur ex dict. Clement. Non potest, ibi. Nisi, &c. (h) In leg. Filiusfamilias, n. 10. ff. de Donat. & in leg. Si quis milii bona, §. Sed utrum, n. 1. ff. de Acquir. hered. & ibi Alex. & Jasson. n. 2. Bartol. & Paul. in leg. unic. Cod. Etiam per proc. caus. in integ. restit. Bartol. in leg. Illud, §. Si talis, ff. de Manu. & in leg. Qui bona, §. Qui aliena, ff. de Damni. infecti. & sequitur dicens communem Romanum in cons. 241. n. 11. Callan. in Consuetud. Burgund. Rubr. 10. §. 1. n. 5. fol. 333. col. 2. (i) In leg. Ab executoribus, ff. de Appell. (m) Quam doctrinam sequuntur Dec. in cap. Novit, de Appell. n. 6. Felin. in dict. cap. Quoad consuetudinem, n. 21. & Jass. in dict. leg. Inviat. (n) Juxta text. in leg. Si pater, ff. Que in fraud. credit. in leg. Creditor, §. Lucius, ff. Mandati, leg. Si procurator, post

medium, ff. de Cond. indeb. & ibi tenet Bartol. n. 6. & 7. sequitur Jass. in leg. Injur. §. fin. n. 4. ver. Secundo limitat. ff. de Jurjur. & Socin. in Reg. 320. (o) Ita docet Specul. in Tit. de Procuratore, §. 1. n. 18. ver. Sed si receptum erit, quem referunt, & sequuntur Alex. in cons. 78. n. 8. 11. & 12. vol. 5. & Rip. in cap. cum M. Ferrarientis, n. 137. de Constitut. (p) In cons. 73. n. 2. sequitur Cardin. in dict. Clement. Non potest, quaest. 18. (q) Ita de Jure Communi esse, notatur in cap. Licet, de Procurat. & in leg. Pomponius, §. Retiabitibus, ff. de Procurat. gloss. in cap. 1. ver. Absentia, de Elect. in 6. Alex. in dict. cons. 78. n. 12. (r) Ex Paul. Callrenf. in leg. 1. num. 4. ff. Si quis causam sequuntur Alex. ibi. n. 21. & 22. & Jass. n. 17.

sum, cum inde pendeat, deserta sit supplicatio, nec ne.

18. Ultimo, praedicta opinio praemaxime fulcitur ex eo, quod dicta lex 1. tit. 20. lib. 4. Recopil. non requirit pro forma, quod intra illos viginti dies, vel aliquid aliud tempus de mandato domini procurator doceat: duntaxat requirit, quod procurator tempore, quo egerit actum, tam secundae supplicationis, quam alium quencumque, habeat sufficiens mandatum, & quod de eo sit certificatus: nec etiam hoc lex expressit, sed in terminis juris communis reliquit, & si aliud pro forma voluisset servari, utique expressisset, sicut & cetera expressit: Quae opinio verior, & aequior apparet, & servanda, non obstantibus fundamentis in contrarium adductis per Tiraquellum. (f)

19. Quo fit, quod cum tam speciale, & sufficiens mandatum exigatur ad interponendam hanc secundam supplicationem, consecutur, quod conjuncta persona absque speciali mandato, etiam praestita cautione de rato, admittenda non erit ad interponendam hanc supplicationem: 20. nam in his, quae speciale mandatum requirunt, Conjunctus non admittitur sine illo, (g) 21. quod ego limitarem, nisi Conjunctus interponat hanc supplicationem, & alter Conjunctus, pro quo fuit interposita, intra viginti dies a tempore latae sententiae ratam eam habeat, & obligationem ad poenam, & satisfactionem legitimo tempore, & modo factam, & exhibitam approbet: quia tunc secunda supplicatio per Conjunctum interposita locum habebit. (h)

22. Ad tertium dicendum est, plura requiri ad hoc, ut secunda supplicatio interponi valeat: primo enim requiritur, quod causa illa, super qua interponitur, sit coepta in Consilio Regio, vel in Regiis Chancellariis, seu Audientis, ut in dict. leg. 1. tit. 20. lib. 4. Recop. in princ. leg. 7. cod. leg. 4. tit. 24. Part. 3. 23. quod intellige, si causa fuerit ibi coepta per novam litem, & petitionem, & non aliter, nec alio modo, hoc est, quod petitio illa non se referat ad aliud prius acitatum super illo negotio, petendo restitutionem, vel reclamando, vel de nullitate agendo, vel alio quovis simili modo prosequendo priora acta, quae

non habent originem de novo in dictis Curis, ut in dict. leg. 7. ibi: Por nueva demanda, &c. (x) 24. dici autem praesenti casu coepta debet dicta petitio, in casibus, in quibus omissis aliis inferioribus Tribunalibus, petitio potius poni in Curia: quia casus erat Curiae, de quibus loquitur text. in leg. 8. tit. 3. lib. 4. Novae Recopil. leg. 5. tit. 3. Part. 3. (y) Si ergo sine aliqua civilis in casibus Curiae ibi notatis mora fuerit in Curia Regis, tunc post duas sententias habebit locum secunda supplicatio: 25. nam illa verba legum hujus Regni, quae dicunt: Que se comenzaren, debent intelligi civilium modo, id est, in casibus, in quibus causa potest incipere in Curia, aliis omissis Tribunalibus. (z) Unde si casus, qui non possunt tractari in prima instantia apud Curiam, forte de facto tractentur, & retineatur causa, & Judices primam, & secundam proferant sententias, in tali casu non habebit locum secunda supplicatio: quia ille casus non erat talis de sui natura, qui posset apud Curiam incipi; 26. sed in proposito casu contrarium solvitur Avendanius, (a) quia, eo ipso quod sine ulla declinatione partes litigant in Curia, & Judices Regii de causa cognoscunt, valent sententiae in prima, & secunda instantia, & hoc sufficit, ut locum habeat secunda supplicatio, ut ibi per eum.

27. Ex quibus primo inferitur, quod a sententia confirmatoria lata per Dominos de Consilio, in qua confirmantur sententiam alicujus ex Judicibus Curiae, vulgo Alcaldes de Corte, non potest interponi haec secunda supplicatio: quia causa non fuit coepta coram illis; sed potius venit de gradu in gradum: quo casu (ut pranotamus) non admittitur supplicatio, & ita practuratur testatur Gregorius Lupus, (b) licet juri, & aequitati magis consentaneum contrarium exilimet; sed primum sequitur Avendanius. (c) Hinc inolevit, quod cauti Advocati, ut ab instantia secundae supplicationis fugiant, suis clientibus consilium hoc salutare praestent, ut curent, reum coram his Judicibus Curiae convenire.

29. Secundo ex praedictis inferitur, quod si reus conventus coram inferiori Judice declinet jurisdictionem, & tamen contestetur litem

(f) De Retract. Linag. §. 1. gloss. 10. n. 93. (g) Leg. Pari, junct. leg. Illud, §. Si talis, ff. de Minor. tradunt Moderni in leg. Exigendi, Cod. de Procur. & in cap. Nonnulli, §. Sunt, & alii, de Rescript. Socin. in cons. 120. col. 3. ver. Postremo, lib. 1. & in cons. 231. lib. 2. & Bernard. Diaz in Reg. 130. (h) Ex consensu per Tiraq. in dict. §. 1. gloss. 10. n. 61. 62. 96. & 97. (i) Hoc enim his verbis significari asserit Avend. de Se-

cunda supplicat. n. 10. (y) Covarr. in Pract. Quarst. cap. 6. & 7. (z) Et ita advertit, & resolvit Avend. ubi supr. n. 9. (a) Dicti n. 9. (b) In leg. 4. tit. 25. Part. 3. ver. o del Adelantado. (c) Ubi supr. n. 11. col. 3. Did. Perez in leg. 8. tit. 4. lib. 2. Ordinum. verb. No sea buena execucion, ver. Dubitat etiam, pag. 394.

tem præ timore poenæ contentæ in leg. 1. tit. 4. lib. 4. Recopil. & prosequatur declinatoriam, ulque quo Judex se incompetentem pronuntiet, & causam ad Regios Consiliarios remittat, quod tunc poterit intervenire secunda supplicatio ad Personam Regiam, non obstante lite contestata coram inferiori Judice, per quam lis videtur coram eo coepta, & inchoata, & ab ea initium sumit, (d) & litis contestatio dicitur exordium litis: (e) 30. nam cum lis fuerit contestata coram Judice incompetenti, & causâ devoluta ad Regium Consilium, seu Chancellariam, nullum habuit effectum, nec per talem litis contestationem dicitur coeptum Judicium, juxta text. in Clem. 2. *Ut lite non contest.* (f) & in leg. *Si pater*, Cod. *Ne, de Statu defuncti.* ubi dicitur, quod si lis non fuerit contestata coram Judice competenti, 31. non interruptitur præscriptio: 32. conducit, quod docet Guill. Lug. (g) qui ait, quod quamvis litis contestatio sit terminus exclusivus dilatoriarum, (b) illud tamen est verum, si contestatio valida sit, & eodem modo citatio nulla non perpetuat jurisdictionem. (i)

33. Tertio, ex superioribus videbatur dicendum, quod non possit interponi secunda supplicatio, si coepta sit petitio coram Judice inferiori, & dum coram eo prosequitur causâ, Judex per interlocutoriam intulit gravamen, & causam per appellationem devolvit ad Curiam, & ibi retinetur processus, vel saltem per remissionem retinetur, & proferretur prima, & secunda sententia: quia nec in Consilio, aut Chancellaria fuit petitio prima proposita, quæ qualitas cum deficiat, dispositum in dict. leg. *Novæ Recop.* etiam deficeret: quia cui non conveniunt verba legis, non convenit ejus dispositio. (j) Contrarium tamen licet dubius, imo, quod interponi possit secunda supplicatio, & expendit Avendanius: (k) sed licet æquior videatur ejus opinio, prima tamen magis consona est dispositioni leg. 7. tit. 20. lib. 4. Recopil. quia cavetur, secundam supplicationem locum habere in causis, & libris scilicet, *que se encomiendan en el Consejo, & en las Audiencias por nueva demanda, y no por via de restitution, ni reclamacion, ni nulidad, ni en otra manera alguna.* Quibus

(d) Ut in cap. *Ex parte II. de Verb. sign.*

(e) Ut in Auth. de *Litig. 5. Si vero, apud judicem, & cap. 1. de Jur. calumn.*

(f) Facit gloss. cap. *Ut debitas honor, de Appell.*

(g) In leg. *Enm.* qui in princ. ff. de *Constit. pecun.*

(h) Ut in cap. *Pastoralis, de Except.*

(i) Gloss. in cap. *Pastoralis*, verb. *Qui potest, de Offic. Deleg. in 6.*

(j) Ut in leg. 4. *Tories, ff. de Dam. infecti.*

verbis præcluditur aditus ad secundam supplicationem in omnibus causis, quæ principaliter, & noviter non fuerint inchoatæ in Chancellariis. (l)

34. Quarto inferitur, non esse admittendam secundam supplicationem ab eo interpositam, qui, cum esset minor, vidua, pauper, aut ex his, qui habent privilegium, ut conveniantur in Curia in prima instantia, (m) fuit conventus coram Judice inferiori, & timore poenæ præscriptæ in leg. 1. tit. 4. lib. 4. Recopil. fuit contestatus, & postea comparuit in Chancellaria, seu Curia, ubi Auditores Regii advocaverunt sibi cognitionem causæ ad petitionem comparientis, ea nempe ratione, quia causâ prius fuit coepta coram alio proprio Judice ipsius comparientis, licet inferiori, qui incompetens non erat; quamvis reus comparens eligere possit inferiorem, aut superiorem Judicem, quem maluisset: (n) quod tamen intelligo verum esse, si reus ille simpliciter fuit litem contestatus coram inferiori, absque aliqua protestatione, scilicet, *quod in illum Judicem inferiorem consentire non intendebat*, tunc enim non erit admittenda secunda supplicatio, cum in effectu fuerit jam lis coepta coram illo Judice inferiori; cæterum si quando litem contestatus fuit coram inferiori, protestationem fecit, *quod timore poenæ dictæ leg. 1. tit. 4. lib. 4. Recop. contestabatur litem, & non animo, & voluntate tribuendi aliquam jurisdictionem Judici inferiori, aut in eum consentiendi*, & deinde Superiorem adivit, à quo causâ fuit advocata, tunc existimo, secundam supplicationem admittendam esse: quia licet lis fuerit coepta per litis contestationem coram Judice inferiori, fuit tamen coram Judice incompetenti, & ita ex ea, tanquam ex nihilo, nullus oritur effectus, prout diximus supra. (o)

35. Quinto inferitur, quod si lis fuerit coepta coram Supremis Consiliariis Ordinum in eorum Consilio, ab eorum sententiis licebit secundo supplicare cum poenâ, & fidejussione mille quingentarum duplarum: nam inquit text. in dict. leg. 1. tit. 20. lib. 4. Recop. hanc supplicationem habere locum, quando causâ fuerit coepta in Consilio, aut Chancellariis;

(k) Ubi supr. n. 11. fol. 96.

(l) Quam opinionem tenuit Avend. ubi supr. n. 11.

(m) Juxta text. in leg. 5. tit. 3. Part. 3. & in leg. 8. 9. & 11. tit. 3. lib. 4. Recop. & Covarr. in *Pract. Quarit. cap. 6. & 7.*

(n) Juxta text. in Auth. *Habitata*, Cod. *Ne filius pro patre.*

(o) In proxima 2. illatione, & huic opinioni conducunt plura, quæ congerit Avend. ubi supr. n. 10.

riis; sed Consilium Ordinum est Consilium; ergo in causâ ibi coepta secunda supplicatio locum habebit; cujus tamen contrarium verius est, & prædicatur: 36. quia in eo nunquam hæc secunda supplicatio interponi solet, nec potest: nam illud Consilium non est Regium; sed est Consilium deserviens tribus Ordinibus Militariis, 37. quorum Rex Hispaniarum est Perpetuus Administratores, ut patet ex titulo Provisionem, quæ in prædicto Consilio decernuntur, & expediuntur: & ita Mandatum, & Decretum hujus Consilii eam vim, & facultatem habent, quam Magistri Ordinum habebant, qui Regibus subditi erant; at verò prædicta lex 1. & 3. tit. 20. lib. 4. Recop. & reliquæ de hac materia secundæ supplicationis agentes loquuntur, quando sententia lata fuerit in Regio Consilio, seu Chancellariis, y así dicen: *Ante los nuestros Oydores, y por los de nuestro Consejo, &c.* Secus igitur erit dicendum, quando supplicatio interponeretur à sententiis latis in aliis Consiliis, & Audienciis.

38. Sexto inferitur, in Audiencia Gallicæ, & Canariæ non esse locum huic secundæ supplicationi cum prædicta poenâ, & fidejussione mille, & quinquaginta duplarum, licet ibi lites, & causæ de novo inceperint, quia non sunt Chancellariæ, nec Suprema Regia Consilia, prout requirit dict. lex 1. tit. 20. lib. 4. Recop. ab eis enim appellatio interponitur ad Regias Chancellarias Vallisolanam, & Hispanicam, in quibusdam Audienciis, ut constat ex leg. 1. 9. & 15. tit. 1. lib. 3. Recop. & leg. 4. tit. 3. lib. 3. Recopil. idque maxime constat, quia in causis civilibus excedentibus in Audiencia Gallicæ centum millia marapetinarum, & in Audiencia Canariensi trecenta millia marapetinarum appellatio interponi potest ad Vallisolanam, & Hispanicam Audienciam, ut in dict. legib. dicitur; ergo si appellatio admittitur in causis tam parvæ summæ, & quantitatæ, frustra interponenda erit secunda supplicatio, quæ solum interponi potest in causis arduis, & magnæ quantitatæ, in quibus nullum aliud superest remedium ordinarium, ut infra apparebit. Pari modo in Audiencia Hispanicæ non est locus secundæ supplicationi, licet Auditores in prima instantia cognoscant de casibus Curie vicinorum, de los *Lugares de Señorio, y Abbadengo*, juxta text. in leg. 43. cap. 10. tit. 2. lib. 3. Recop. quia ex privilegio particulari concessio illi Civitati, audio, hanc secundam supplicationem sublatam esse in fu-

prædictis casibus.

39. Septimo inferitur, quod in causis Nobilitatis (quas vulgo de *Hidalguías* dicimus) admittenda non erit hæc secunda supplicatio: quia hujusmodi causæ non incipiuntur in Regio Consilio, aut in Chancellariis; sed apud Judices Nobilitatum, qui vulgo *Alcaldes de Hijosdalgo* dicuntur, ut constat ex toto tit. 11. lib. 2. Recop. & ex tit. 2. lib. 6. Recop. n. 4. 40. Nec id mirum est, quia Nobilitas acquiri non debet estimatione nummari, sed vel genere, vel tempore, leg. 2. & 12. tit. 21. Part. 2. (p) unde indecens esset, eam pretio nummario estimare, ut inde appareat, an locus sit huic secundæ supplicationi, nec ne, quod necessarium est, ut interponi possit, juxta text. in leg. 9. tit. 20. lib. 4. Recopil. Quare merito praxis recepit, in hujusmodi causis Nobilitatis secundam supplicationem non habere locum. (q)

41. Octavo inferitur, hanc secundam supplicationem habere locum, etiam in causis, & libris, quæ inchoatæ fuerint in Consilio de *Contaduría*, super quibus prima, & secunda sententia lata fuerit: 42. quia Consilium illud est Regium, & Supremum, & ita Consilium Regium appellatur, & ejus Auditoribus eadem auctoritas tribuitur, quæ concessa est Auditoribus reliquarum Audienciarum, ut constat ex leg. 3. tit. 1. lib. 9. Recop. Quare in eo idem observandum erit, quod observatur in Regio Supremo Consilio, circa hujus secundæ supplicationis interpositionem: quia in eo idem modus, & ordo procedendi observatur, qui in aliis Audienciis hujus Regni, ut in leg. 13. tit. 1. lib. 9. Recop.

43. Nec obstat, quod cum Consilium istud cognoscat, & judicet super vectigalibus, gabellis, & aliis redditibus Regiis, ut constat ex tit. 2. lib. 9. Recop. à num. 3. si in eo duæ proferantur sententiæ conformes, amplius ab eis non erit appellandum, nec supplicandum, nec reclamandum adversus eas, juxta text. in leg. 5. tit. 12. lib. 2. Recop. Idque generaliter promulgatum est in illa lege, ubi cumque super redditibus Regiis duæ sententiæ conformes prolatæ fuerint; ergo saltem in hoc casu hi Regii Auditores de *Contaduría* suas sententiæ conformes executioni mandare debent, quoque remedio excluso, etiam supplicationis secundæ cum poenâ, & fidejussione mille quingentarum duplarum.

44. Nam respondo, quod dict. lex 5. tit. 12. lib. 2. Recop. noluit excludere hoc extra-

(p) Et facit leg. *Und*, Cod. de *Exec. mun. lib. 10.*

(q) Et ita resolvit Avend. ubi supr. n. 17.

ordinarium remedium secunda supplicationis, quia generalis exclusio remediorum intelligitur de his, quae *jure communi*, & *ordinario* competunt; secus de his, quae *jure speciali*, *extraordinario* concessa sunt; (*) sed hoc remedium secunda supplicationis extraordinarium est, & *jure speciali* competit, ut ex modo extraordinario procedendi in eo constat, & ex tit. 20. lib. 4. Recop. ergo dict. lex 5. non habet praedictum remedium extraordinarium excludere, sed alia remedia ordinaria appellationis, reclamationis, & similia.

Secundo, praedicta interpretatio corroboratur ex eo, quod licet lex exclusiva remediorum loquatur per verbum univiale *Nullum*, non tamen censetur excludere remedium speciale per aliam legem inductam, (f) & ita dict. lex 5. non dicitur excludere istud remedium secunda supplicationis alia lege inductam, nempe per leg. 1. tit. 20. lib. 4. Recop.

Uterius probatur ex eo, quod clarum est, hoc remedium secunda supplicationis introducum esse, ut causis gravibus, & magna quantitate subveniatur, quamvis nec appellationis, nec supplicationis aliud remedium superfit, prout est, quando in Chancelleriis lata est prima, & secunda sententia de *Vista*, & *Revista*, à qua sententia de *Revista* non licet amplius appellare, seu supplicare leg. 2. & 3. tit. 19. lib. 4. Recop. & nihilominus tamen, conceditur secunda supplicatio cum poena, & fidejussione mille quingentarum duplarum per leg. 1. tit. 2. lib. 4. Recop. ergo etiam per interpositionem praedictae secunda supplicationis debet succursum esse causis gravibus, & magna quantitate agitaris super Regiis redditibus, licet in eis denegetur remedium supplicationis, latis duabus sententiis conformibus.

47. Unde existimo, quod dispositio dictae leg. 5. tit. 12. lib. 2. Recop. id operabitur, quod latis duabus sententiis conformibus in dicto Consilio de *Contaduria*, amplius non admittatur haec secunda supplicatio, quae impedire valeat earum executionem; sed quod executioni mandentur, data sufficienti fidejussione ab eo, in cujus favorem lata fuerint, quod si *revoventur per Judices secunda supplicationis, reddet rem cum fructibus*; (*) & hoc respectu dicta lex 5. nullum continet speciale: illud tamen continet in eo, quod coram quibuscumque iudicibus latae sint duae sententiae conformes in causis super redditibus Regiis, non expectatur tertia sententia, etiam si lata sit prima senten-

tia coram inferiori Judice, & ab ea appelletur ad Notarios Provinciarum, seu Consilium de *Contaduria*, & ibi confirmetur, nec admittetur amplius appellatio, seu prima supplicatio, quae in aliis causis admitti solet, ut in tit. 19. lib. 4. Recop. & multo minus ista secunda supplicatio cum poena, & fidejussione mille quingentarum duplarum, quia causa fuit coeptra coram Judice inferiori.

48. Nono infertur, quod in causis, de quibus cognoscit Judex ille, qui vulgo dicitur *Juez de Vizcaya*, secunda supplicatio locum habet, si causae coram eo coeptrae fuerint, quia illud Tribunal Superius est, & in Chancelleria continetur, nec ab eo ad aliud recursus appellationis est, & ita decisum extat in leg. 68. tit. 5. lib. 2. Recop.

49. Decimo infertur, quod in causis coeptris in Chancelleriis, & Audientiis Novi Regni Indorum locus erit huic secunda supplicationi, quia sunt Supremae Tribunalia, & lites, & causae expediuntur, prout in nostris Chancelleriis Hispaniarum, ut in leg. 15. in Ordinationibus factis ad Indorum gubernationem: 50. quas Ordinationes observant praedictae Audientiae, & ubi in eis aliquid non reperitur decisum recurrendum erit ad modum, & ordinem procedendi in Chancelleriis Vallisoleti, & Granatae, juxta leg. 18. in dicta Ordinatione. Quare latis duabus sententiis in dictis Audientiis, admittenda erit haec secunda supplicatio, & ita ordinatum fuit in leg. 13. & 17. in dictis Ordinatis.

51. Et interposita praedicta secunda supplicatione, non erit supersedendum executioni sententiae de *Revista*; sed executioni mandabitur, praestita cautione sufficienti ab eo in cujus favorem lata fuit, quod si *revoventur, reddet rem cum fructibus alteri parti*, juxta text. in dict. leg. 13. & in hoc differt secunda supplicatio interposita in illis partibus Indorum ab ea, quae in hoc Castellae Regno interponitur, quia in his partibus, interim quod pendet lis, interposita secunda supplicatione, non traditur sententia executioni, nisi ambae conformes sint, ut in leg. 1. & fin. tit. 20. lib. 4. Recop.

52. Sunt, & aliae differentiae, nam in illis partibus, sive sententia prima, & secunda de *Vista*, & *Revista* sint conformes, sive non, in causis posterioribus nunquam admittitur secunda supplicatio, ut in dict. leg. 13. in his vero Hispaniarum Chancelleriis non denegatur, dummodo proprietates excedat, vel accedat ad

sum-

(f) Secundum Jass. in leg. *Postquam litem*, n. 15. Cod. de Pañ.

(f) Secundum gloss. fin. in dict. leg. *Postquam litem*, &

ibi Jass. n. 14.

(f) Juxta terminos leg. fin. tit. 20. lib. 4. Recop.

summam sex millium duplarum, ut in leg. 9. tit. 20. lib. 4. Recop.

53. Tertia differentia est, quod in illis partibus in causis super proprietate alicujus rei excedente, vel tangente decem mille *pesos de oro*, secunda supplicatio interponi potest, ut in dict. leg. 13. at vero in illis Regnis Hispaniarum sufficit, quod proprietates rei aestimetur trium mille duplarum, ut in dict. leg. 9. tit. 20. lib. 4. Recop.

54. Quarta differentia est, quod qui in illis partibus hanc secunda supplicationem interponunt, comparere debent apud Regem *intra spatium unius anni* connumerandi à die notificationis sententiae factae parti, vel suo procuratori, ut in dict. leg. 13. in Hispania vero *intra quadraginta dies* connumerandos à die interpositae supplicationis supplicans comparere debet coram Rege, ut in leg. 4. tit. 20. lib. 4. Recopil.

55. Quinta, & ultima differentia est, quod in illis partibus supplicans non obligatur alicui poenae, nec cautionem aliquam praestet, quia illa supplicatio non habet naturam, quam habet supplicatio, de qua loquitur lex 1. tit. 20. lib. 4. Recop. ut colligitur ex dict. leg. 13. Ordinat. Indorum; at vero secundo supplicans in his Regnis se subdit poenae mille quingentarum duplarum, & praestat fidejussorem in eventum, quod prima supplicatio, & sententia de *Revista* confirmetur, ut in dict. leg. 1. tit. 20. lib. 4. Recop. & ita practicitur.

56. Et exceptis his quinque differentiis, in omnibus aliis, quae pertinent ad expeditionem causarum in hac secunda supplicatione similis ordo observandus erit, & eadem requisita necessaria erunt in Audientiis Novi Regni Indorum, quae sunt in nostris Chancelleriis, & Consilio Supremo Hispaniae (de quibus praesens est tractatus) nam ultra hoc, quod sic veniunt intelligenda leg. 14. & 17. Indorum Ordin. clare constat ex leg. 16. dict. Ordin. ubi expresse deciditur, quod quidquid per dictas Ordinationes decisum non fuerit, decernatur per Ordinationes Chancelleriarum Pinciae, & Granatae. Unde cum in dictis Ordinationibus Indorum solum supradicta decreta sint circa secundam hanc supplicationem, recurrendum erit ad Ordinationes Vallisoletanarum, & Granatenfes, circa id quod in illis non reperitur decisum.

57. Ex quibus adnotandum erit, hanc secundam supplicationem interponere possit

eos, qui litigant in Consilio Supremo Indorum, in quo causae exordium sumpserunt, nam si in illis Indorum Chancelleriis supplicationi locus est, à fortiori debet esse in Consilio Supremo; 58. quod Consilium Regium est, & ita nuncupatur, & ab eo nulla appellatio, seu recursus ad aliud conceditur: & ideo dispositum circa Consilium Regale, comprehendit etiam hoc Indorum Supremum Consilium, & ita in eo observandus erit ordo, qui observatur in Consilio Regali, circa interpositionem hujus secunda supplicationis cum poena, & fidejussione duplarum, & non erit observandum id, quod dispositum est in dict. Ordinatis: quod probatur ex eo, quod Consilium Supremum Indorum venit appellatione Supremi Consilii Regii, ut traditur in leg. 5. in Ordinatione Indorum, ubi cum daretur forma procedendi in Consilio Supremo Indorum, praecipuum fuit, quod observarentur Ordinationes, & Statuta tradita Consiliaris Regalibus. Unde constat, quod hoc Consilium Indorum sequitur naturam Consilii Regalis: quod sic conjicio, quia illa discrimina supra relata inter supplicationem, secundam in illis partibus interpositam, & inter eam, quae in Hispania interponitur, prodita sunt, quia distantia locorum aliud non patitur, & quia plures, vel tanti habentur in Hispania tria millia duplarum, quam apud Indos decem millia ducatorum, seu *pesos montanae* illarum partium, quod in Consilio Supremo Indorum cessat, & ita *praxis* observat, quod in eo interponatur supplicatio, prout in Consilio Regali.

59. Superest tamen nunc videre pro intelligentia supradictorum, per quem actum dicatur coeptra lis in casibus, in quibus actio, & petitio poni, & intentari potest in prima instantia coram Auditoribus Supremi Consilii Regalis, vel Chancelleriarum, (n) ad hoc ut secunda supplicationi locus sit: & videtur dicendum, quod lis coeptra dicatur per citationem parti intimatam, juxta text. in leg. *Morre*, & in leg. *Et quia*, ff. de *Jurisdic. omn. judic.* ubi jurisdictione Delegati perpetuatur per citationem, & lis dicitur coeptra, & non intergra: secundo facit text. in Clem. 2. *Ut lite pendat*. ubi lis pendere dicitur per citationem à Judice emanatam: tertio suadet ex leg. *Si quis postquam*, ff. de *Jud.* ubi dicitur, quod per solam citationem praevenitur jurisdictione. (x) Sed oppositam sententiam, imo quod à li-

(n) Quorum meminit, lex 5. tit. 3. Part. 3. & leg. 8. 9. & 11. tit. 3. lib. 4. Recop. & Covarr. in *Practic. Quest.* cap. 6. & 7.

(x) Per quem text. Fulg. Paul. Alex. & Jass. in leg. *Cum*

quedam *puella*, ff. de *Jurisdic. omn. judic.* & Bartol. in leg. *Si pluribus*, ff. de *Legat. 1.* & ibi Jass. n. 24. & 25. dicunt, quod per solam citationem inducitur praecipuum, & praevencio jurisdictionis; & idem disponitur in cap. *Pro-*

litis contestatione iudicium ceptum esse dicitur, probat late Felinus, (y) & facit text. in dict. Clem. 2. *Ut lite pend.* ibi: *Litem quoad hoc pendere censuimus*, quibus verbis constat, citationem operari pendendam litem, non vero effectum litem ceptam. Est etiam text. in leg. *Cum quaedam puella*, ubi iudicium dicitur praecipari per sententiam, aut litem contestationem; ergo non per solam citationem. (z)

60. Qua in re existimo, vtiorem resolutionem esse, quam supra tradidimus, (a) scilicet, litem proprie ceptam dici à litem contestatione; *improprie* vero à citatione. 61. Sed in hac specie, & in terminis propositae quaestioni, ad hoc ut locus sit secundae supplicationi, intelligo de lite cepta proprie per litem contestationem coram Auditoribus Consilii Regalis, aut Cancellariae: & ita opinor, accipiendas esse leges Regias agentes de hac secunda supplicatione. Ad quod moveor, nam si praedictae leges permittunt hanc secundam supplicationem, intelligi debet, interponendam coram à sententia primae supplicationis, quae coram Auditoribus praecessit, ad quam sententiam absque litem contestatione pervenire non possent: lite enim non contestata regulariter sententia ferri non potest. (b) Unde verius erit dicendum, quod leges volentes, litem inchoari per litem contestationem in Consilio, seu Cancellariis Regiis, suadent, quod, ad hoc ut haec secunda supplicatio denegari valeat, coram aliis iudicibus inferioribus litem cepta per litem contestationem: nam dum statuunt, quod causae incipiantur, & contestentur in Consilio, & Cancellariis Regiis, ut admittatur secunda supplicatio, per consequens, eam denegant in causis, quae coram inferioribus cepta fuerint per litem contestationem: Patet igitur, quod licet quis citetur coram Iudice Inferiori, si tamen coram eo non fuerit contestatus litem, si eam postea contestetur in Consilio, seu Cancellariis, pervenire poterit ad hanc secundam supplicationem, & ita praestitum.

62. Ex qua vera resolutione constat, perperam aliquem affirmare, processum incipere à petitione, & ab actibus, quae fiunt in du-

premo Consilio, vel in Cancellariis, quando causa, & litem cepta coram Inferiori, devoluta fuit ad Regios Auditores, ex eo quod ab aliquo actu interlocutorio appellatum fuerit, & causa gravaminis coram Auditoribus iustificata fuerit, & ob id ab eis retenta: vel quando, lite contestata coram Inferiori, appellatio ab aliquo actu interlocutorio interposita fuisset, & Iudex Inferior appellationi frivolam, & nullam detulisset, & ita in Superiorem transmississet, & totus, & integer processus coram Superioribus videretur positus; & per consequens locus esset secundae supplicationi, tanquam si causa noviter cepta esset coram eisdem Superioribus, quia inchoari, & inciperetur à petitione, & actibus, qui in dicto Consilio, & Cancellariis fierent, prout in hac specie resolvit Avendanius, ubi supra. Sed id perperam, & male quis affirmaret, quia ex praedictis dilucide apparet, à litem contestatione litem ceptam dici, ut secunda supplicatio interponi valeat, quae litem, si coram Inferiori contestata fuerit, ut in propositis casibus extat, manifestè sequitur, quod ea devoluta ad Superiores secunda supplicatio cessabit.

63. Secundò principaliter requiritur, ad hoc ut secunda supplicatio cum poena, & fideiussione mille quingentarum duplarum interponi possit, quod causa sit ardua, & magnae quantitatatis, ut probatur in l. 1. 7. & 9. tit. 20. lib. 4. Recop. & ea causa ardua, & magnae quantitatatis olim iudicabatur, quae mille quingentas duplas *de cabeza* excedebat, vel tanti res, super qua causa pendebat, aestimabatur, iuxta text. in dict. l. 7. 64. Ceterum cum postea quantitas valoris bonorum excreverit, decretum fuit alia lege, causam arduam, & magnae quantitatatis censeri, quae trium millium duplarum valorem, & aestimationem attingeret, si super proprietate rei controvertatur: si verò super ejus possessione, arduam causam censeri, quando proprietatis rei, super cuius possessione litigatur, sex millium duplarum auri *de cabeza* sit, & tanti habeatur, prout Imperator noster Carolus V. sua Pragmatica Sanctione promulgavit, quae habetur in dict.

leg.

posuisti, de For. comp. ubi notat gloss. & probat gloss. in leg. *Ubi captum*, ff. de iudic. & ibi Bart. & Paul. & magis communitur omnes, secundum Didac. Perez in Rubr. tit. 1. lib. 3. Ordin. col. 729.

(y) In cap. *Super quaestionum*, n. 6. de Offic. Deleg. & est communis opinio, secundum Paulum Castren. in leg. 1. Cod. de iudic.

(z) Et ita ibi tenent Bart. Alber. Ang. quamvis Fulgof. Paul. & Alexabi dicant, illum text. intelligendum esse per alia jura, quae tamen suppletio duplici Jass. ibi n. 6. &

Arct. in dict. leg. *Si pluribus*, & hanc partem tenet gloss. in dict. leg. 1. verb. *capto*, Cod. de iud. & in leg. *Aperitissimi*, verb. *Inchoatur*, Cod. de iud. & in leg. fin. §. *Alud*, verb. *Exordium*, Cod. de Temp. appell. & gloss. 1. in leg. *Vnum*, ff. *Si certum petat*. Et est optimus text. in leg. *Amplius non peti* in princ. ff. *Rem ratam hab.* & text. ubi Jass. in leg. *Si cum fundus* in princ. junct. gloss. ff. *Si cert. petat*.

(a) In Annotat. ad totum opus, in fin. annot. 1. n. 399.

(b) Ut in tit. *Ut lite non contest.* & in leg. fin. tit. 10. Part. 3. & ibi Greg. Lupus in verb. *Lo que no se podria*.

l. 9. tit. 20. lib. 4. Recop. quod intelligo verum esse, nulla facta coactione summam, veluti si plures rei conventi ab uno auctore fuerint condemnati super diversis summis, quarum quaelibet *de per se* non attingeret praedictam summam, & simul junctae excederent: quo casu non debet fieri coactione, & computatio illarum summam, ut locus sit huic secundae supplicationi: ita resolvit Avendanius, (c) 65. qui resolvit illam quaestionem, si unus actor agat contra plures reos pro diversis summis, & quantitatibus, quarum quaelibet *de per se* non attingit dictam summam, & valorem trium millium duplarum, & simul junctae excedunt, & unus ex correis supplicat à secunda sententia *de Revista*, & ipse solus dat fideiussionem suo nomine, & consortium, an hoc sufficiat, & profit ceteris omnibus reis, & bene supplicarum dicatur? Et tandem Avendanius ibi resolvit, quod si quilibet fuit condemnatus *de per se* in summa, quae non sit trium millium, vel sex millium duplarum, tot sunt sententiae, quot condemnationes: & ita plures appellationes sunt interponendae. Quare si unus solus supplicaverit, nec bene supplicavit: quia non erat causa ardua, nec consortibus prodesset. ejus supplicatio: quamvis causa ardua, & debita quantitatatis esset: nam cum plures sint condemnationes, plures etiam deberent esse supplicationes. Ceterum si ex una actione, & defensione fieret condemnatio, etiam in viriles portiones, tunc una causa reputaretur, & una appellatio, seu supplicatio sufficeret: quod verum esse Avendanius concludit in appellationis, & primae supplicationis gradu. At verò in gradu secundae supplicationis, ubi poena mille quingentarum duplarum venit imponenda, aliud dicendum esse existimat: quia, sicut non potest talis supplicatio nocere reo condemnato, ita nec ei prodesse debet. Unde in praedicto loco per plura fundamenta concludit Avendanius, quod quando plures rei condemnantur in solidum, si unus ex eis tantum supplicavit cum praedicta poena, alter vero, vel acquievit sententiae, vel non supplicavit, contra hanc sententia secunda *de Revista* exequi poterit, non obstante supplicatione alterius.

66. Ulterius considero, quod causa haec ardua, & magnae quantitatatis debet continere rem aestimabilem, & quae aestimari possit trium millium duplarum auri *de cabeza*, ut colligi-

tur ex l. 7. tit. 20. lib. 4. Recop. ibi: *Siendo tan ardua la causa, y sobre tan grande cantidad, que sea de tanto valor, y estimacion, &c.* & ex dict. l. 9. ejusd. tit. & lib. 67. Non enim sufficit, quod causa sit ardua, quia plures causae arduae reputantur, prout sunt criminales, & tamen in eis non est locus secundae supplicationi, ut probatur in l. 11. tit. 20. lib. 4. Recop. sed necessarium est, quod sit ardua, & aestimabilis *copulative*. (d) 68. Quo fit, verum esse quod supra resolvimus, (e) nempe, in causis Nobilitatis locum non esse secundae supplicationi, cum non recipiant aestimationem numariam.

69. Ceterum, si causa esset super aliquo privilegio exemptionis tributorum concessio aliquibus personis, locis, aut alicui castriae, & in ea habitantibus, & negotium esset arduum, & tale, quod si emeretur talis exemptio (quia ex tali onerosa causa potest acquiri) (f) excederet summam trium millium duplarum, si de ejus proprietate ageretur, vel lex millium, si de possessione, & esset casus, qui coram Supremo Consilio, seu Cancellariis tractari posset, prout *quotidie* fit in hujusmodi casibus pertinentibus ex privilegio: in hujusmodi casibus lata prima, & secunda sententia in gradu *de Revista*, & *Revista*, bene haberet locum secundae supplicationis cum poena, & fideiussione mille quingentarum duplarum: quia tam ex instantia, quam ex aestimatione privilegii causa est aestimabilis: quod maxime procederet, si contributio, à qua privilegiati liberantur, excederet futuris temporibus summam dictarum duplarum, & peteretur, quod virtute privilegii ab illa contributione in futurum liberentur, nam hujusmodi causa sine dubio excedunt dictam summam, & in eis locum habet secunda supplicatio. (g) Et hinc etiam fit, quod in controvertiis, & litibus super eo, quod aliqui admittantur ad aliqua Officia in populis, quorum aestimatio accedit ad praedictam summam, locus erit huic secundae supplicationi: & ita in Consilio Supremo fuit decisum.

70. Fit etiam ex supra dictis, quod si aliquis habens iurisdictionem alicujus Locis, aut Concilium alicujus Oppidi ligat super diversis iuribus sibi competentibus ratione iurisdictionis, quae in illis locis sibi competit, veluti si experiat super decimis executionum sibi debitis, aut super poenis, & calumniis, aut super aliis quibuscumque diversis iuribus, & praerogativis, quae iurisdictionis fructus, & effec-

(c) Ubi supr. n. 14. in fin.

(d) Ut notat Avend. ubi supr. n. 16.

(e) In l. requisito, illatione 7.

(f) Juxta doctrinam Bald. & DD. in leg. *Qui se patris*, Cod. *Unde liber.* & in leg. *Vacatis*, Cod. de *Devotion*, lib. 10.

(g) Juxta notata per Alber. post Bart. in leg. *Si idem* in princ. n. 7. ff. de *Jurisdic. omni. judic.* & facit text. in leg. *Firmiter*, §. fin. ff. *Quand. dies leg. ced.* & ita in terminis resolvit Avend. ubi supr. n. 17.